



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Triapostolatus Septemtrionis

Caesar, Philipp

Coloniæ Agrippinæ, 1642

9. S. Rimbertus est admodum ille familiaris Discipulus & Frater S. Ansgarij,  
de quo sæpè mentio est.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43650**

*S. Rimberrus est admodum ille familiaris Discipulus  
& Frater S. Ansgarij, de quo sæpè men-  
tio est.*

*S. Rim-  
bertus edi-  
dit vitam S.  
Ansgarij.*

*Caput 34.  
in fine.*

**Q**Vandiu ergo fuit in corpore vir Do-  
mni Ansgarius, iste Seruus Dei Rim-  
bertus præ cunctis familiaris illi in omnibus  
adesse solebat, de quo aliquotiens nobis in  
hoc opusculo mentio incidit, & libellus ge-  
storum præfati Pontificis ab ipso Rimberto  
alioque condiscipulo eius editus testatur. In  
quo videlicet libro vbicunque commemorã-  
tio fit cuiusdam fidissimi Discipuli eius, quòd  
frequenter ibi Lector inueniet, ipsum sciat  
fuisse Rimberrum: sed quia vt diximus ipse  
cum alio quodam editor eorundem exitit  
gestorum, idcirco veritatem rei, suppresso  
nomine suo, exprimere voluit, ne de se fa-  
miliariorem gratiam iactanter proferre vi-  
deretur. Sic enim & Beatus Euangelista Io-  
hannes in Euangelio suo fecit, vbi suam sem-  
per personam maluit indicijs rerum acciden-  
tium, quàm proprio designare vocabulo.  
Quatenus autem in hoc deuotionis loco cum  
Episcopo familiariter Sanctus vir Rimber-  
tus perseuerãrit, ex verbis præfati libelli co-  
gnoscitur, quibus de transitu Domni Epi-  
scopi ita commemoratur: Perceptã, inquit,  
Dominici Corporis & Sanguinis Commu-  
nionẽ, Sanctus Pontifex Dominum depre-  
cabatur,

cabatur, ut quicumque in eum quoquomo-  
 do peccasset, diuina hoc ei pietas remitte-  
 ret; Deinde versiculos istos cepit frequen-  
 tius repetere; Secundum misericordiam  
 tuam memento mei tu, propter bonitatem  
 tuam Domine, Et, Deus propitius esto mi-  
 hi peccatori, Et, In manus tuas Domine  
 commendo spiritum meum. Cumque hæc  
 sæpius repeteret, & frequenti anhelitu iam  
 ea frequentare non posset, cuidam Fratri  
 præcepit, ut hæc vice illius frequentando ca-  
 neret. Sicque oculis in cælum intentis Do-  
 mini gratiæ commendatum spiritum exha-  
 lauit. Hic ergo quem vice sua verba oratio-  
 nis pro se frequentare præcepit, Rimbertus  
 fuit, cui in loquelæ suæ defectu voti sui ver-  
 ba commendans Episcopus, per eum se  
 compeñare credidit, quicquid ipse minus  
 orationum iam moriens peragere posset;  
 quoniam & propter vitæ eius meritum pro  
 se illum exaudiri non dubitauit, & quod il-  
 le fecit, non discreuit ab eo quod à seipso  
 factum fuisset, quia cor vnum & anima v-  
 na, vnus spiritus & vna fides, erat semper  
 in eis.

## CAPVT X.

*S. Ansgarij morituri testimonium de S. Rimberto,  
 cum de successore eius quæreretur.*

**D**Enique cum in infirmitate ipsa quâ  
 de hac vitâ migravit, consilium quæ-  
 reretur